niam domino preparet in
heremo V Fuit homo missus
a deo cui nomen iohannes
erat. Qui venit. Gloria.
Qui venit. In lau. an.
Elizabeth zacha
rie magnum virum
genuit iohannem bapti
stam precursorem domini
an. Innuebant patri eius
quem vellet vocari eum.
et scripsit dicens Johannes est
nomen eius. an. Johannes
vocabitur nomen eius et
in nativitate eius multi
gaudebunt an. Johannes
est nomen eius vinum
et siceram non bibet et
multi in nativitate eius
gaudebunt an. Iste puer
magnus coram domino
nam et manus eius cum
ipso est. alleluya. Capi.

Audite insule
et attendite
populi de longe: do
minus ab utero vocavit
me: de ventre matris
mee: recordatus est
nominis mei. ympnus.
O nimis felix
meritisque celsi
nesciens labem nivei
pudoris: prepotens mar
tyr heremique cultor:
maxime vatum. Ser
ta terdenis alios co
ronant aucta cremen
tis duplicata quosdam
trina centeno cumu
lata fructu: te sacer
ornat. Nunc potens
nostri meritis opimis:
pectoris duros lapi
des repelle: asperum pla
nans: iter et reflexos